



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 8. De loco quodam ex secundo De Officijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Et libro tertio: Etenim si is, qui non defendit iniuriam neque propulsat à suis cum potest, iniuste facit, ut in primo libro disserui, qualis habendus est is, qui non modo repulsi sed etiam adiuuat iniuriam? Varro libro primo De Rustica: Bono animo este, inquit Agrius: nam non mihi illud sublatum est, quod ludis Circensibus nouissimi curruum finem facit quadrigis: sed ne illud quidem vidimus, quod Ceriali pompa solet esse primum. Lilius libro xxv. De strepore ita assuetudine mali efferauerant animos ut non modo lacrimis, iustoque complorata prosequerentur mortuos sed ne esserent quidem, aut sepelirent. Hac, inquam, omnia, aliaque eiusdem generis plurima ita in antiquissimis libris scripta sunt, quorum tantum confisum pro nihilo putare, hominis esse ingenio suo confidentis puto. Præsertim cum Græci quoque ita loquantur, apud quos, ἐχ ὄν, τὴν ὄν, ἐχ ὄντος, interdum valent, non solum: interdum, non solum non: quod & docuit, & multis præstantissimorum scriptorum testimonio confirmavit decus, atque ornamentum Gallici nominis Gulielmus Badaeus in Commentariis linguae Græcæ.

De loco quodam ex secundo De Officiis.

CAPVT VIII.

DEBITANT eruditi homines, quomodo accipiendum sit, quod ait Cicero libro secundo De Officiis: multa secula expectanda fuisse C. Pontio Summo si à fortuna reseruatus esset ad id tempus quo Romani dicitur accipere cæperunt. Bellauit enim cum Romanis Pontius anno ab vrbe condita ccc cxxxii. lex autem Calpurnia de pecuniis repetundis lata est anno icciii. ut si seculum sit centum annorum, quomodo accipiendum, & Grammatici veteres docent, & Iudo-

& ludorum secularium appellatio confirmat, non tota duo sacula ei exspectanda fuerint. Sed certè *saculorum* interdum est *χρονία*: vt ostendit & Næuius, qui Nestorem, vt est apud Gellium, trisæclisenem vōcauit, ex illis videlicet Homeri versibus:!

Τῷ δ' ἦδη δύο μὲν χρόνι μερόπων ἀνδράπων
 Ἐσθλαδ', οἱ οἱ παρῶθεν ἄμα τράφον ἠδ' ἐγένοντο
 Ἐν πύλῳ ἠγαθέη, μὲν δ' ἢ τετάρτοιον ἄνασεν.

χρονία autem triginta annorum est. Itaque illi Homericis versus ostendunt tantum, Nestorem, cum illa loqueretur, sexagenario maiorem fuisse: quamuis illic quoque *χρονία* pro centum annis accepisse etiam veteres Latini poetæ videntur.

Illustratus locus ex Oratione pro Flacco.

CAP. IX.

MIRIFICè abiicit, & extenuat Cicero in oratione pro Flacco vim, & auctoritatem plebiscitorum siue psephismatum, quæ fiebant in Græcia, quod in eis neque per capita, neque per tribus, neque per centurias exquirebantur sententiæ, sed per præconem edicebatur, vt qui ita sentirent, manus tollerent: atque ita clamore multitudinis, & sublatione manuum, de rebus grauissimis, temerè, & inconsultè decernebatur. Sic sunt, ait summus orator, expressa ista præclara, quæ recitantur, psephismata, non sententiis, neque auctoritatibus declarata, non iureiurando constricta, sed porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitata. Et paullo post: Porrexerunt manus: psephismatum est. Atque eò respicientes apud Aristophanem αἱ ἐκκλησιάσεις, aiunt, videndum sibi esse quomodo manus tollere debeant,

R 5

beant,

Mureti
 Lectiones
 LIII
 25